

Zeitschrift für Malakozooologie.

Herausgegeben

von

Karl Theodor Menke, M. D.
und
Dr. Louis Pfeiffer.

1847.

Vierter Jahrgang.

August.

Testaceorum novorum centuria.

Descriptis Dr. A. R. Philippi.

(Continuatio.)

38. *Modiola californiensis Eschscholtz.*

M. testa subcylindrica, laevigata, rufso-fusca, in medio ab umbonibus ad marginem ventralem utrinque impressa; costa elevata, obtusa, ab apice ad extremitatem posticam decurrente; apicibus ad $\frac{1}{7}$ — $\frac{1}{8}$ longitudinis sitis. Long. 17"; alt. $4\frac{1}{2}''$; crass. $5\frac{1}{3}''$.

Modiola (*Pholas lapsu calami*) *californensis* Eschsch. in Musaeo Dorpatensi.

Patria: California, legit cl. Eschscholtz.

Species insignis, intermedia inter *Lithophagos* sic dictos et *Modiolam cinnamomeam* affinesque. Forma fere exacte cylindrica, sed margo ventralis aliquantulum concavus. Umbones prominuli, in specimine unico, quod examinandum mihi benevole communicavit cl. de Middendorff, decorticati. Costa obtusissima ab apice ad extremitatem posticam decurrentis valde distineta, ita ut maxima crassities non in apicem regione sed in dimidia longitudo sit. Ante illam depresso notabilis. Extremitas postica subtruncata, linea oblique adscendente in marginem dorsalem rectilineum transit; antica angustior adscendens, rotundata est. Musculus adductor anticus satis magnus.

39. *Modiola Cecillii Ph.*

M. testa oblonga, subtriangulari, tumida; epidermide luteo-fusca, nitida, praeter spatium opacum, margini cardinali adjacens; parte postica barbata; margine postico superius profunde sinuato, auriculae speciem cum margine dorsali formante; extremitate antica adscendente, satis acuta; margine ventrali vix sinuato; costa obtusa, valde tumida ab apicibus decurrente. Long. 29"; maxima altitudo 15"; crass. fere 12".

Patria: Mare Chinense, communicavit a thalassiarcho Cécille lectam cl. Largilliert.

Forma singularis, propter marginem posticum excisum et auriculam ad extremitatem marginis dorsalis Aviculam referens; caeterum M. Metcalfii Hanley similis est, sed apices longe magis prominentes, in costam valde tumidam continuati facile nostram distinguunt.

40. *Modiola Rumphii Ph.*

M. testa oblongo-ovata, subtriangulari, solida, substriata; umberibus tumidis, obtuse angulatis; margine cardinali rectissimo; margine ventrali posterius sinuato, antice adscendente, angulum protensum, rostriformem efformante; margine postico declivi arcuato; angulo dorsali postico rotundato. Long. 40"; alt. 20 $\frac{1}{2}$ "; crass. 17".

Rumph. Amb. t. 46. f. B. bene!

Patria: Indiae orientales.

Valde miror hanc speciem a Rumphio in Amboina observatam a Deshayesio ed. 2 Lamk. VII. p. 19. cum Modiola tulipa confusam esse. Satis enim mihi differre videtur 1) testa longe majore, solidiore, haud radiata, 2) superficie argute transversim striata, subseabra, 3) epidermide, ut videtur, haud barbata (neque in speciminibus quae vidi barbae vestigium, neque a Rumphio barbae mentio fit); 4) margine dorsali longiore; 5) extremitate utraque praesertim postica acutiore; 6) costa ab apicibus decurrente acutiore.

41. *Modiola triangulum* Koch.

M. testa triangulum obtusangulum acqilaterum reffrente, ad apices subcarinata, sub epidermide flava antice olivaceo-ferruginea, postice purpurea, medio albo radiata, laevi, barba caduca postice vestita; extremitate antica producta; margine ventrali antice parum arcuato, pone medium parum sinuato. Long. $16\frac{1}{2}''$; alt. $9''$; crass. $7''$.

Patria: Mare Chinense.

Margo cardinalis et margo posticus aequales, rectilinei; extremitas postica acute angulata, antica producta, pariter acute angulata; color ut in *M. albicosta* Lamk.

42. *Modiola tristis* Koch.

M. testa oblonga, tumida, sub epidermide laevi, griseo-olivacea antice ferruginea, postice nigrescente, ubique violaceo-radiata; margine cardinali paullulum arcuato, in postico aequali, arcuato; angulo dorsali obtusissimo, rotundato; extremitate postica obtusa, rotundata; margine ventrali rectiusculo; extremitate antica prominula, rotundata; apicibus valde prominentibus incurvis, in costam rotundatam, demum evanidam productis; pagina interna violacea. Long. $21\frac{1}{2}''$; alt. $10\frac{1}{4}''$; crass. $10''$.

Patria: Oceanus pacificus?

Similis aliquantulum *M. tulipae*, sed angulus dorsalis multo minus elevatus, barbae nullum vestigium, colores tristes.

43. *Modiola divaricata* Ph.

M. testa oblonga, angusta, tumida, ferruginea, medio constricta et sulco exarata, posterius carinata (et subbarbata?) striisque radiantibus tenuissimis divaricatis sculpta, antice obsolete striata; extremitate antica brevissima, truncato-rotundata, postica superius angulata et longissime rostrata; apicibus involutis. Long. $5\frac{1}{4}''$; alt. $2\frac{1}{2}''$; crass. $2\frac{1}{2}''$.

Patria: Mare Antillarum.

Species striarum modo, sulcoque ad medium marginem ventralem diducto admodum singularis. Striae posticae in angulo ab apice ad extremitatem decurrente bifidae fiunt et arcuatim versus marginem posticum, nec non versus sulcum testam dividentem decurrunt. Striae anticae rectae, parum conspicuae. Apices tumidi, involuti, ultra extremitatem anticam prominuli. Margo, ubi extus striae sunt, crenulatus.

44. *Modiola (Lithophagus *) v. Mühlf. 1811) Antillarum Ph.*

M. testa cylindracea, gracili, castanea, in parte antica striis perpendicularibus fere omnino exarata; extremitate postica anticam aequante; margine ventrali fere rectilineo, in extremitate antica adscendente; dorsali ad $\frac{3}{5}$ longitudinis distincte angulato; apicibus involutis, ultra extremitatem anticam prominulis. Long. 21"; alt. 6"; crass. $5\frac{1}{2}''$ (100 : 29 : 26).

Lister tab. 427. f. 268. *Pholas niger* Indiae occidentalis.

Patria: S. Thomas (communicavit cl. Hornbeck) aliaeque Antillae.

Forma elongata, linearis maxime cum M. tereti Ph. ex India orientali convenit, sed angulo dorsali distincto etsi obtusissimo, apicibus ultra extremitatem prominentibus, nec non striis antice spatium liberum longe minus relinquentibus absque difficultate distingui potest. In specimine uno extremitas postica ter serrata est, limbo sc. ter repetito.

45. *Modiola (Lithophagus) caribaea Ph.*

M. testa cylindracea, obesa, atra, striis perpendicularibus solitis exarata; spatio antice satis magno

*) Hoc nomen 6 annos ante nomen *Lithodomus* Cuv. publicatum est.

laevi; extremitate postica anticam subaequante; antica fere perpendiculariter truncata; margine dorsali ad $\frac{3}{5}$ longitudinis distinete angulato; apiebus involutis, ultra extremitatem anticam prominulis. Long. 25"; alt. $8\frac{1}{2}''$; crass. $7\frac{1}{2}''$ (100 : 34 : 30).

Patria: Antillae. Exstat in coll. cl. Gruneri.

Simillima M. Antillarum sed longe minus gracilis, ut ex dimensionibus patet; extremitas antica fere perpendiculariter truncata, neque adscendens, spatium antice longe majus a rugis perpendicularibus liberum. — A M. malayana, quacum dimensiones satis convenient, extremitate antica minime adscendente, angulo dorsali magis distineto, ligamento longiore, quod in illa vix bis quintam longitudinis partem occupat, etc. differt.

46. *Modiola (Lithophagus) malayana Ph.*

M. testa subtereti, castanea, striis perpendicularibus solitis exarata; apiebus involutis, in ipsa extremitate sitis; extremitate antica oblique adscendente; angulo dorsali parum distineto, ad $\frac{2}{5}$ longitudinis sito; parte antica manifeste angustiore. Long. 32"; alt. $10\frac{1}{2}''$; crass. $8\frac{1}{2}''$ (100 : 33 : 27).

Patria: Mare Chinense.

Minus gracilis quam M. Antillarum, longe major, angulus dorsalis apice longe propior, (in illa ad ter quintam longitudinis partem situs est), pars antica magis angustata. A M. caribaea, quacum dimensiones magis convenient, extremitate antica adscendente, parte antica manifeste angustatata, nec non brevitate ligamenti differt.

47. *Modiola (Lithophagus) gracilis Ph.*

M. testa subcylindrica, rufo-castanea, in parte antica striis perpendicularibus exarata; extremitate postica sensim attenuata, anticam aequante; margine dorsali convexiusculo, haud angulato; ligamento modo $\frac{2}{5}$ longitudinis

occupante; apicibus extremitati proximis. Long. 48"; alt. 13"; crass. 10 $\frac{1}{2}$ " (100 : 29 : 22).

Patria: China.

M. lithophagae e Mari Mediterraneo similis, sed facile distinguenda, si respicias: apices extremitati proximos; ligamentum modo bis, non ter quintam longitudinis partem aequans; angulum dorsalem desicere.

48. *Modiola (Lithophagus) obesa Ph.*

M. testa oblonga, medio elevata, utrinque fere aequaliter rotundata, ferruginea, laevi; margine ventrali areuato; angulo dorsali obsoleto, in media longitudine sito; apicibus minimis, haud procul ab ipsa extremitate sitis. Long. 31"; alt. 12"; crass. 9" (100 : 39 : 29).

Patria: China?

Testa laevigata h. c. striis perpendicularibus experie, longe minus gracili quam in affinibus, margine ventrali valde arcuato, dorsali medio valde elevato facillime distinguitur. — Extremitas antica adscendens est.

49. *Modiola (Lithophagus) ferruginea Ph.*

M. testa oblongo-cylindracea, medio elevata, posterius latiore, rotundata, ferruginea, in parte antica striis perpendicularibus exarata; margine ventrali subarcuato; angulo dorsali obsoleto, in media longitudine sito; apicibus involutis ab extremitate aliquantulum remotis. Long. 37"; alt. 13 $\frac{1}{2}$ "; crass. 10 $\frac{1}{2}$ " (100 : 37 : 28).

Patria:

Testa multo magis elevata, postice longe obtusior quam in M. lithophaga cui caeterum similis, ideoque ad M. obesam formia accedens.

50. *Mytilus Menkeanus Ph.*

M. testa oblonga, solida, nigra, in ventre anterius albida, carinato-angulata; sulcis grossis undatis, demum dichotomis in parte postico-dorsali; sulcis confertis, cum

illis angulum formantibus, versus extremitatem sensim minoribus in parte antico-ventrali; margine cardinali dimidiā testae longitudinem non aequante; marg. postico pone angulum dorsalem subsinuato; ventrali versus apices valde convexo; margine interno toto crenato, praesertim utrinque ad ligamentum. Long. 20"; alt. 9 $\frac{1}{2}$ "; crass. 8".

Patria: Litus occidentale Novae Hollandiae; legit cl. Preiss.

Nomine *Modiolae sulcatae* hanc speciem a Preissio accepi, an *M. sulcata* Menke Moll. Nov. Holl. specim. p. 38. nr. 217? Sed haec species Lamarckii, ex Ora orientali Americae borealis oriunda parvam similitudinem cum hoc nostro *Mytilo* habet.

51. *Mytilus substriatus* Ph.

M. testa subovata, compressa, tenui, nigra, in ventre anterius albida, striis radiantibus parum elevatis, in umbonibus obsoletis; margine cardinali fere rectilineo, dimidiā longitudinem occupante; angulo dorsali satis distincto; extremitate postica rotundata, antica satis acuta; margine ventrali medio paullulum sinuato, anterius convexiusculo. Long. 12 $\frac{1}{2}$ "; alt. 6 $\frac{1}{2}$ "; crass. 4".

Patria:

Affinis *M. nigro* (Dotel Adans.), sed extremitate antica acuta, margine ventrali ante illam convexo, striis debilioribus, in umbonibus omnino obsoletis satis differre videtur.

52. *Mytilus exaratus* Ph.

M. testa parva, subovato-triangulari, solida, nigra, in ventre anterius albida, striis radiantibus dichotomis, grossis exarata; margine cardinali fere rectilineo, dimidiā longitudinem occupante; angulo dorsali satis distincto; extremitate postica rotundata, antica obtusa; margine ventrali medio sinuato; ligamento fere totum mar-

ginem dorsalem occupante; margine interno toto crenulato.
Long. 6^{'''}; alt. 3¹/₄^{'''}; crass. 2²/₃^{'''}.

Patria:

Sulci elevati, ratione testae grossi, interstitia aequantes, deinde dichotomi, angustiores; dentes cardinales 4—5, quorum duo validi.

53. *Mytilus exilis Ph.*

M. testa parva, ovato-oblonga, subtriangulari, solida, nigra, in ventre anterius albida, striis radiantibus exilibus, confertis, demum obsoletis; margine cardinali dimidiata testae longitudinem superante; angulo dorsali satis distincto; extremitate postica rotundata, antica obtusa; margine ventrali recto; ligamento modo 2/3 marginis cardinalis occupante; margine interno praeter cardinalem integro. Long. 4¹/₃^{'''}; alt. 2¹/₂^{'''}; crass. 2^{'''}.

Patria: Orae Chilensis et Peruvianaec Rerum publicarum; legit cl. Kröyer.

Dissert a M. exarato margine cardinali longiore, striis radiantibus longe confertioribus, tenuioribus, versus marginem obsoletis; ligamento longe breviore; margine fere toto subdentulo. Denticuli ad extremitatem ligamenti validi.

54. *Fissurella solida Ph.*

F. testa parva, valde convexa, solidissima, extus rufescente, costis circa 50, rotundatis, subgranosis; interstitiis profundissime punctatis; foramine declivi, oblongo; margine crenato cum pagina interna lacteo. Long. 6²/₃^{'''}; lat. 4¹/₂^{'''}; alt. 4^{'''}.

Patria:

Testa ratione magnitudinis crassissima, solidissima, ex unico strato, ut videtur, composita. Striae incrementi elevatae, margini crenulato parallelae in interstitiis costarum puncta excavata, profundissima formant. Foramen ad 1/3 longitudinis situm est. Testa antice linea recta declivis, postice arcuato-convexa est.

55. *Bulla media Ph.*

B. testa ovata, solida, albida, rufa et fusco varia, modo inferius transversim striata; vertice umbilicato; apertura inferius dilatata, superius subangustata; labro medio depresso rectilineo. Alt. 15^{mm}; crass. 9^{1/2}^{mm}.

B. striata auct. ex parte. Lister tab. 714. f. 72 satis rudis. — Gualt. t. 12. f. II. satis bene. —

Patria: Mare Antillarum.

Hanc speciem a B. striata maris Mediterranei diversam esse primus monuit cl. Herrmannsen, etenim satis differt: testa multo latiore, superius parum angustata, modo inferius striata; striis magis distantibus, minus profundis. — Gualterius satis bene differentiam ostendit, evolve tab. 12 et ibi sub F. Bullam striatam sub H. vero B. medium nostram invenies. Fig. J. et G. forte pullos B. mediae, forte peculiarem speciem referunt. — Quid sit B. striata Quoy et Gaim. e Nova Hollandia nescio; figura haud bona, in tab. 26. fig. 9 verticem umbilicatum, fig. 8 vero verticem spiratum!! ostendit.

56. *Bulla Adansonii Ph.*

B. testa ovato-oblongo, solida, albida, griseo et nigro varia, inferius striata; vertice perforato; apertura inferius dilatata, superius angustata; labro medio depresso, rectilineo. Alt. 11^{mm}; tab. 6^{1/3}^{mm}.

Gosson Adans. Seneg. p. 4. t. 1. f. 2. — Bulla striata auct. ex parte.

Patria: Senegambia, communicavit cl. Largilliert.

A B. striata maris Mediterranei praeter umbilicum verticis angustissimum testa minore, ventricosiore, modo inferius striata differt; cum B. media forma melius convenit, sed eodem umbilico verticis angustissimo et magnitudine minore differt.

57. *Bulla perforata Ph.*

B. testa ovato-rotundata, tenui, pellucida, alba, lineolis transversis exilissimis sculpta; vertice umbilicato; apertura basi dilatata; labio fissuram umbilicalem formante. Alt. 8^{'''}; diam. 5^{1/2}^{'''}.

Patria: Manila, communicavit cl. Gruner.

Cum B. hydatidi L. tum B. ovoideae Quoy et G. simillima. A priore differt fissura umbilicali, a B. ovoidea apertura minus constricta, basi dilatata.

58. *Bulla pemphis Ph.*

B. testa subgloboso-rotundata, tenui, pellucida, e rufescente alba, lineolis transversis exilissimis sculpta; vertice umbilicato; apertura basi dilatata; labio arete adnato. Alt. 7^{'''}; diam. 5^{1/2}^{'''}.

Patria: Mare Rubrum, communicavit cl. Gruner.

Etiam hacc species B. hydatidi simillima est, et sere unice forma magis globosa, vertice nempe praesertim minus dilatato differt.

59. *Scarabus Cecillii Ph.*

Sc. testa ovato-oblonga, laeviuscula, tenuissime in longum rugata, cornea; anfractu ultimo interdum castaneo, superius corneo bifasciato; epidermide lineis obscuris ziczacformibus punctisque marmorata; apertura oblonga, spiram sesquies aequante; labro rectilineo, intus tridentato. Long. 8^{1/4}^{'''}; diam. 4^{2/5}^{'''}; alt. aperturae 5^{1/4}^{'''}.

Patria: China; communicavit cl. Largilliert.

Omnium specierum minima, forma cum Sc. castaneo Lesson (cfr. Reeve Conch. syst. t. CLXXXVIII. f. 10) satis conveniens, sed apertura oblonga, neque ovata, labro rectilineo nec semicirculari, labio basi angustiore, unde sovea umbilicalis major, dentibus denique, si figurae fides habenda, diversis differt. In columella nempe nostra species dentem supremum perpendicularem solito more habet, in labro modo dentes tres, longe minores, ubi figura illius

speciei quatuor ostendit, deficiente dente insimo Sc. castanei in nostra specie. Denticulus quartus, minimus in ipso angulo supremo aperturae situs aegre distinguitur.

60. *Cyclostoma speciosum Ph.*

C. testa maxima, depresso-conica, confertissime transversim undulato-striata, ferruginea, albo nubeculata, in basi zonis frequentibus ferrugineis inaequalibus picta; zona latiore et obscuriore, superius albo marginata, suturam continuante; anfractibus sex, modice convexis, ultimo tereti, obsolete carinato; umbilico mediocri; apertura maxima, quadrato-orbiculari; peritremate late reflexo, satis crasso, continuo, luteo-albo. — Alt. obliqua 23"; diam. absque labro 26".

Patria

Forma convenit cum C. tuba Sow., sed anfractus ultimus magis teres, minus compressus, ad umbilicum minime subangulatus est. Apertura dilatata ut in illo, sed subquadrangula, forma sua ad C. aquilam Sow. accedens, et peritrema longe crassius est. Praeterea a C. tuba testa longe majore, striata (striis undulatis), et alio modo colorata satis superque differt.

61. *Cyclostoma Menkeanum Ph.*

C. testa deppressa, conica, confertim et argute transverse striata, alba, ferrugineo nebulosa; zona ferruginea angusta ambitum anfractus ultimi cingente; basi lactea, laevi; anfractibus quinque, convexis, ultimo tereti; umbilico mediocri; apertura subcirculari, superius subangulata; peritremate albo, continuo, subreflexo, demum saepius repetito. Alt. obliqua 10"; diam. $13\frac{1}{2}$ ".

Patria:

Maxime affine C. involvolo Müll. sed colore et sculptura facile distinguendum. In C. involvolo praeter strias tenuissimas transversas, lente quaerendas, lineae elevatae quatuor transversae obtusae inveniuntur, caeterum

testa taetui laevis est; in C. Menkeano contra striae transversae confertae, subaequales, argutae paginam superiorem asperam reddunt. Hac sculptura aecedit ad C. Luzonicum Sow., quod vero praeter colores forma longe magis depressa, umbilico longe ampliore etc. valde differt. *).

62. *Helicina Bronniana Ph.*

H. testa minima, conica, laevissima, flavida, flaminis rufis picta; anfractibus superius planis, inferius convexis, discretis, ultimo medio rotundato-angulato; apertura semi-lunari aequa alta ac lata; labro simplicissimo; labio callo tenui obteeto; opereculo caleareo. Alt. 2^{mm}; diam. 2^{1/2}^{mm}.

Patria: Insulae Sandwich, communicavit el. Bronn.

Forma valde distineta propter anfractus bene discretos neque in unum planum continuatos. Pictura H. flammeam Q. et G. Voy. Astrol. t. XII. f.1—5 in mentem vocat, sed haec exquisite striata et subglobosa est, aliisque notis abunde differt. Forma nostrae maxime aecedit ad H. rupestrem Pfr.

63. *Helicina pisum Ph.*

H. testa parva, globoso-conoidea, solida, laevissima,

*) Die Diagnose einer neuen so eben durch die Güte des Herrn Petit zu Paris erhaltenen Art von Cyclostomaceen füge ich hier einstweilen bei:

Chondropoma guadeloupense Pfr.

T. anguste perforata, oblongo-turrita, decollata, solidula, liris transversis elevatis costulisque longitudinalibus acutis, liras supercurrentibus sculpta, cinnamomea; sutura denticulis albis subdistantibus munita; anfr. 4 convexi; apertura verticalis, ovalis; perist. rubellum, continuum, dupicum, internum expansiusculum, appressum, externum breviter patens, juxta anfractum penultimum subinterruptum. Operc. tenue, cartilagineum. — Long. 11, diam. 5 mill. — Guadeloupe.

Affine C. xanthostomo Sow., nec non C. crenulato m., ab utroque sculptura facile distinguendum. (Pfr.)

pallide flava; anfractu ultimo obscure angulato; sutura demum oblique descendente; apertura triangulari, angusta; labro simplice crasso; labio calloso. Alt. $1\frac{1}{2}$ "'; diam. $2\frac{1}{2}$ ".

Patria: Insulae Sandwich, communicavit cl. Largilliert.

Testa admodum solida, minime carinata, ideoque ab *H. solidula* et *H. crassilabri* facillime distinguenda, magnitudine et colore *H. parvae* Sow. ex Philippinis simillima, sed apertura longe diversa, quae in *H. parva* dilatata et semilunaris est.

64. *Helicina Hornbeckii* Ph.

H. testa subdepressa, tenui, cornea, tenuissime sed exquisite radiatim striata; apertura altiore quam lata; labro simplicissimo, superius haud sinuato; labio distinete calloso, ad angulum columellarem acute dentato. Alt. 2"; diam. 3".

Patria: S. Thomas, insula Antillarum; communicavit cl. Hornbeck.

Haec species primo intuitu simillima *H. nitidae* Pfr., sed facile distinguenda colore, striis, unde nitor longe minor, labro superius non producto, callo umbilicali magore. — *H. striata* Lamk., quae pariter „oblique striata,“ labro margine subreflexo et magnitudine 5 linearum longe diversa videtur. — Anfractus 5, plani, superiores imo medio aliquantulum depresso.

65. *Helicina crassilabris* Ph.

H. testa depressa, lenticulari, carinata, solida, albida, laevi; apertura triangulari, pero obliqua; labro intus incrassato; labio admodum calloso. Alt. $1\frac{3}{4}$ "; diam. $2\frac{1}{4}$ ".

Patria: Insulae Sandwich.

Carina obtusiuscula testam in duas partes aequales dividit. Spira convexa, haud conica. Labrum late et sensim incrassatum; extremitas superior ejus valde producta, in callum basalem continuata. Affinis videtur *H. solidulae*

Gray, sed haec species multo magis elevata est, aperturam que alienam, haud triangularem habet.

66. *Helicina Menkeana Ph.*

H. testa globoso-conoidea, subangulata, tenui, flavescente, obsolete transversim costato-striata; apertura semi-lunari, aequa alta ac lata; labro incrassato, late reflexo, saepe duplicato; columella basi angulata; callo labiali subnullo. Alt. $2\frac{2}{3}''$; diam. $4''$.

An H. fulva Sow. thesaur. f. 23, quae modo $4\frac{1}{2}''$?

Patria:

Simillima H. fulvae d'Orb., sed satis differre videtur: 1) magnitudine minore, (specimina H. fulvae a cl. auctore accepta $5\frac{1}{2}''$ in diam. habent); 2) angulo anfractus ultimi distinctiore; 3) striis transversis fere obsoletis; 4) labro in speciniibus duobus sulco exarato, duplicato; 5) angulo columellae magis producto, sulcoque spirali, dimidiato in basi angulum hunc circumscribente, quod in H. fulva non observatur, et mihi gravissimum momentum videtur. Hac ultima nota, striis transversis, labro duplicato etiam facile ab H. platychela v. Mühlf., quae eandem formam, magnitudinem et colorem habet, distingui potest.

67. *Helicina columbiana Ph.*

H. testa conica, subrhomboidali, confertim transversim striata, lutescente, concolore, seu fusco unizonata; anfractibus parum convexis, ultimo unicarinato; apertura triangulari, labro externo incrassato, reflexo, superne convexo, ad columellam subexciso; lineola impressa perpendiculari ad basin columellae. Alt. $3\frac{2}{3}''$; diam. $5''$.

Patria: Columbia (auctore Brandt, a quo hanc speciem emi).

Forma et pictura sua proxime accedit species nostra ad H. zonatam (variabilem Wagn.) e Brasilia, at, accuratius inspecta differt: 1) statura minore; 2) striis transversis longe confertioribus; 3) carina secunda in

anfractu ultimo nulla; 4) labro minus expanso, magis in-crassato, superne haud depresso, sed convexo-arcuato; 5) vestigio incisurae labri ad basin columellae; 6) sulco abbreviato in basi columellae ipsius.

68. *Rissoina grandis* Ph.

R. testa turrita, lactea, costellis longitudinalibus con-fertis, lineisque transversis elevatis clathrata et tenuissime transversim striata; anfractibus convexiusculis, sutura mediocri divisis; sutura ultima (an casu?) adscendente; labro labioque incrassatis. Alt. $9\frac{1}{2}''$; crass. $4''$.

Patria: Insulae Philippinac.

Testa in genere gigas; costellae longitudinales exiles, in anfractu penultimo ultra 20, in ultimo evanescentes, in superioribus pauciores. Striae transversae elevatae in anfract. supp. tres, in penultimo 8, in ultimo circa 16, cum striis tenuissimis transversis magis confusae. Anfractus ultra 10, parum convexi, sutura parum profunda divisi, ultimus demum adscendens. Apertura solita, $\frac{2}{5}$ longitudinis totius testae aequans; columella basi obsolete nodu-losa; labrum intus incrassatum, etiam labium valde incrassatum.

69. *Rissoina cancellata* Ph.

R. testa turrita, lineis elevatis longitudinalibus trans-versisque cancellata, lactea; anfractibus convexiusculis sutura profunda divisis; lineis elevatis longitudinalibus circa 16 — 18, transversis 4 — 5 in anfract. supp., 7 — 8 in ultimo, omnibus interstitia haud aequantibus; apertura vix quartam longitudinis partem superante. Alt. $3\frac{1}{3}''$.

Patria: Cuba, detexit mecumque communicavit el. Pfeiffer.

Cancelli elegantissimi, apertura brevis etc. hanc spe-ciem facile distinguunt. Anfractuum numerus decem videtur.

(Continuabitur).

ZOBODAT -

www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Zeitschrift für Malakozoologie](#)

Jahr/Year: 1847

Band/Volume: [4_1847](#)

Autor(en)/Author(s): Philippi Rudolf Amandus

Artikel/Article: [Testaceorum novorum centuria 113-127](#)